



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Protestatio Avtoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

PROTESTATIO AVTORIS.

**C**Um Sanctiss. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in S. Congregatione S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, seu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcumq; beneficia, tantum eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hætenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censerì approbata; Idem autem Sanctissimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super personam, bene tamè ea, quæ cadunt supra mores, & opinionè cum protestatione in principio, quod ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Auctorem: huic Decreto, eiusque confirmationi, & declarationi obseruantia, & reuerentia, qua par est, insistendo profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab vno velle quàm quo ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

*Ioannes Nadasi Soc. Iesu.*

081

27

RE-